



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

V. Præcista collatio an conservetur litteris amißis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

tate, præferetur qui à Cæsare est nominatus c. si à sede de preb. in 6. Nam & in collatione Episcopi ac Vicarij eodem tempore facta, præfertur Episcopi, tanquam dignioris, Calderinus conf. 2. de officio Vicarij, d. cap. si à sede. Et licet Papa conferendo beneficium, videtur alteri potestatem conferendi abstulisse, cap. ut nostrum, ut Eccl. benef. sine diminut. conferantur, ita & Imperator. Papa enim & Imperator fraternizant, ut ostendit Erasmus à Chokier frater meus in suo tract. de Iurisdict. ordinarij in exemptos part. 4. quest. 13. Quarta conclusio Quiprius executori præsentat diploma Precum Cæsarearum, præfertur alteri cui de eadem data facta est collatio, Rota decis. 100. Item si unus, in No. Feli. in d. cap. Capitulum Sanctæ crucis, de rescript. Arnulphus Ruz. aus tract. Regaliorum privilegio 46. in 10. in fin. quod latius ostendo ad Reg. XV. Cancell. Concurrentibus in data ann. 2. & seqq. Sed quid si Precista post acceptatum & collatum sibi ab executeore beneficium perdidit diploma suarum Precum, an possit beneficium cum sola collatione retinere; quo affirmativas respondit Feli. in cap. in nostra vers. Spaliatus in si. & ibi Ant. de But. de rescript. nam collatio conservatur sine litteris Nominationum, per c. Cum olim. 1. de privileg. glo. in c. Sane de Renunciat. Quinta Conclusio: Præferri debet is alteri, in cuius diplomate inserta est clausula motus proprij, arg. cap. si pluribus, de prebend. in 6. Ruz. aus ubi supra nu. 12. vel clausula, ETIAMSI ALTERI CONTULERIMVS: ea enim denotat gratiam alterius esse posteriorem: quia cum in diversis scripturis concurrat gratia & habitus, privatio semper præsumitur posterior, Bald. cap. 2. de off. deleg. & proinde ratione juris primò quæsiti, ab eo jus tolli non potest L. id quod nostrum, ff. de Regulis Iuris. Sexta conclusio: Si Cæsar unico verbo primarias nominationes duobus conferat, neutra collatio valet; nam ad validitatem cuiuslibet actus duo requiruntur, voluntas, & potestas, cap. cum super Abbacia, de off. deleg. ubi Bald. & Decius faciunt textus in cap. adhuc, si. 1. ibi potest, si voluerit, de appellat. in l. 1. In Cæsare autem duobus eodem actu conferente deficit potestas, per Juris theoriam, ubi non assistit juris potentia, inanis est voluntas, Bald. in l. nolle, ff. de acquirenda hereditate, ergo si deficit potestas, sequitur nullitas, cum illa duo copulativè requirantur. Ideò necessariò debent ad esse illa duo, Philip. Præloz tractat. juris Regalie quest. 28.

QVINTO quæritur si Preces concessæ alicui non fuerint fortitè effectum, ut puta ob mortem Precistæ, an Cæsar possit alium nominare? videtur quod sic: quia Indultum illi datum est contemplatione suæ personæ, aut dignitatis CÆSAREÆ, idcò per primam collationem potestas conferendi non est extincta, glos. in pragm. sanct. tit. de part. possess. verbo beneficium. Secundo, quando actus non habet effectum secundum intentionem disponentis, non restringitur ad unum actum, sed de ulteriori actu semper intelligitur, donec res fortiatum effectum, Bald. in l. invitus in si. C. de procurat. Anastasi. Germa-

Cæsar an  
secundum  
nominare  
possit, si  
Preces  
quoad pri-  
mum non  
sint forti-  
ta effe-  
ctum.

PRIVILEGIA  
REGULARIUM  
ET  
COMMENTARIA  
IN REGULA  
CANCELLARII  
APOSTOLICE  
L. 1.  
C. III  
8